Quelle: https://manuscripta.at/?ID=908
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

tia muri odoris illic aspersa. ac si omnis domus aromatibus plena esset. Dumque completa oratione resistere cesserunt spiritalem iam desiderantem inuenientes nimio merore contristari cepunt. quod tam sancta anima egrediente minime interesse meruerunt. Ecce quia earum dilectissima mater. antequam viaticum acciperet spiritum exalaret supremum. Dumque nimie angustiarentur unanimiter in orationem prostrate lacrimis exinanimo affectu prefatis domino rogauerunt. ut suis qui animam deducerent angelis imperaret eam interum in corpus restituit. Mirum quoque in modum illi toto conamine orantibus. animaque in corpus recepta. sancta dei famula recedit. ac eas tota his alloquta est uerbis. O dilectissime matres et sorores quare in talem inquietudinem irrogare uoluistis ut dominum rogaretis. ut animam pondere corporis exutam. hoc quod semel dereliquit denuo uisere iubetur. Ego enim gratia dei annuente contubernio lucis coniuncta. tanto gaudio perfruebar. qd nec lingua expimere. nec auris audire. nec oculus intueri sufficit. Ille autem contra miserebantur se id aiunt hoc egisse. ne negligentia notarentur. si ipsa expers diuina corporis oriretur. Cumque calicem in quo dominicum corporis sanguis habebatur iussisse afferri. si prius manibus eii accipiendo sancta communione participata omnibus cernentibus animam tradidit.